



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Bucer iacet prostratus, quia sibi contradicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

fos debere appellare ad maius & frequentius Concilium, quod etiam me legisse memini in Concilijs. Verum Niconum Concilium nihil horum meminit, quod sciam. Hoc autem scio me legisse in quarto Concilio Carthagine. Hereticorum cœtus, non ecclesia, sed conciliabulum est. Cur hoc non adduxit Bucer, contra presumptum suorum excucullatorum Concilium? Remittit se apostata ad articulum de ecclesiis, at in Apologia censuram erratum accepit.

**Fol. 17** In contentionem descendit Philistæus noster, alijs violentibus nullum omnino debere fieri Concilium. Contentiones illas habent hæretici inter se. Nemo enim catholicorum non ex animo cupit legitimum fieri Concilium. Ideo non respondeo ad inique citata à Bucero.

**Bucer ap-  
te sibi con-  
tradicit.** Sed audi Bucere. Nescis hoc antiquum, oportet mendacem esse memorem: cum paulo superius pro basi falsitatis tuæ assumpseris, pios olim reges de restituenda religione nihil prorsus cum sacerdotibus constituere potuerunt: modo tui oblitus asseris. Hinc Moyse statim consilium adiunctum est seniorum, ingens multitudo Levitarum præfecta est sacris, & selectorum ex his sacerdotum. Hosque pii semper reges in conseruandis & reparandis religionibus, religiose consuluerunt. Nec enim David sacras cæremonias tam magnifice instituit, nec Ezechias & Iosias restituerunt, absque sacra Synodo seniorum, sacerdotum, prophetarum & Levitarum. Ecce nugiuendum Satyrum, qui ex eodem ore calidum spirat & frigidum. At huiusmodi antilogiæ & contradictiones Lutheranis sunt familiares, velut faber episcopus Viennensium, ad oculum monstrauit, & Septicipites Cochleii nostri, ubi Luther & discipuli eius nec verbum aut si sunt respondere.

**Iaces Bucere.**

Proderit & hoc nobis aduersus Bucere, quod tam incircumspectus est. Euomit omnia incōsiderate per ulcerato animo suo & hæretico stomacho: Synodos non esse celebrandos. Induxit  
Grego